altare, & hominem qui ex eo sperauit salutem non patiatur ina
niter credidisse. Addamus & illud quia si nos rogemus pro eo ipsi quo
q: imperatori gratissimum erit, & laudabit uos pro tanto pi&atis
opere & e salute hominis remunerabitur opus uestrum; Iam ue
ro apud dm̄ quanta merces est qui utique misericordes diligit
crudeles respuit, Ipam uiro misericordi siquidem iustus sit coro
nas gloriae dabit, si uero peccator sit misericordiam confer&
& ueniam peccatorum; misericordibus enim miseretur ds̄. qui
dixit misericordiam uolo & non sacrificium, & in omnibus scrip
turis; hunc inuenies quaerere dm̄ & in hoc opere remissionem fieri
peccatorum, Si quis ergo uult suis peccatis ueniam dare siquis sibi uult
propitium fieri dm̄ ipse faciat misericordiā peccatori & ad exorandū
pro eo clementissimum principem ueniat; In hoc enim & sibi uit dixi
mus misericordiam quaerit & ecclesiae laudem confer&, sed & om
nes ad quoscumque plebis nāe peruenerit tante pi&atis auditus mi
rabuntur & dabunt gloriam dō atque in omnem terram odor bo
ni huius operis diffund&ur; ut ergo tantorum bonorum participes
existamus rogemus deprecemur, eripiamus hominem de periculo,
liberemus captiuum. manum supplici porrigamus ut & nos futuro
rum bonorum participes effici mereamur, p gratiam & misericordiā dni
nostri ihū xpi p quem & cum quo patri gloria & imperium una
cum spū scō in saecula seculorum amen;

EXPLICIT OMELIA IN EUTROPIUM

# INCIPIT EIUSDEM CUM DE EXPULSIONE EIUS AGERETUR

Multa quidem fluctus & undae inmanes sed submergi non ue
reor quia super p&ram sto, Insaniat lic& mare p&ram non
potest commouere, Insurgant quantumlib& fluctus nauis ihū
obrui non potest; Sed quid putant ne mortem uerear cui uiuere
xps est & mori lucrum, Ne exilium p timescam quoniam dni.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0239